

CONCLUSIO.

MAXIME necessaria fuit igitur generationis mineralium naturalis appositata tractatio, qua probè cognita faciliùs intelligatur, quid nam priore parte regeneratio sit metallorum artificio chymistico facta. Sententia siquidem est omnium in hac arte philosophantium, imprimis artificem istius professionis imitari naturam in omnibus exactissimè debere. Proinde quid, & quemadmodum ipsa in terræ penetralibus operetur mineralium œconomiam exercens, qua materia, quibusq; utatur instrumentis, dictu pariter opus fuit, & intellectu. Quisquis hac via nō intellexerit, alia minimè perueniet eò, quò tendit eius animi conatus. Non tantùm igitur discipulus artis quàm naturæ, qui rem tam arduam & arcanam scrutatur, fiat.

F I N I S.

Errata sic restitue.

Pag. 51, lin. 19. Furnium. Pag. 94, lin. 9. aeris, Pag. 237,
lin. 2. natura.